

MUNDUS FICTUS, MUNDUS PICTUS!




1. In antiquo tempore

Secundum apologum Arabicum, relatum a theologo Iohanni Francisco Ravasi, tria sunt genera advenorum.

Sunt qui procedunt pedibus: passibus pulvere lurdatis, in rupibus saltunt, in vallibus morantur, in tabernis hospitantur.

Sunt isti mercatores, quorum itinera numquam sunt definitiva. Sunt autem qui transeunt per vias oculis curiosis: hi volunt reperire et cognoscere, confundere visum in pulchritudinis artis, in lucem vastam terrae ac maris. Sunt isti sapientes. Sunt denique illi qui procedunt aperto corde: parum satisfacti de deambulando et cognoscendo, volunt vivere cum gentibus tranitiae terrae, cum eis colloqui et comparari. Hi sunt pergrini, fide et concordia moti. Addendi, autem, sunt qui itinera faciunt pura phantasia, inter terras et maria fictas et pictas, inter mythos et legendas qui supersunt certae veritati. Velut qui legunt et scribunt chartas et imagines ibi illustratas!




Reditus ad originem cum anonyma charta mundi ante et post diluvium. Oceani et venti (ficti ut homunculi afflantes) circumdant terras vagas trium continentum, divisas Nilo et maribus internis.



Asia et terrae extremae Africæ (Aegyptus solum) et Europæ (Rusia, Graecia, Creta, Albania) in insolita figuratione
Pegasi equi forma, delineata in saeculo sexto decimo a cartografo H. Bunting. Deest insula Nipponica; Arabia et India
sunt (parum accurate) duae ex cruribus animalis Non sine ratione imago mythici equi alati: draco, quem ille vicit, est

symbolum Diaboli et peccati, secundos Christianos.




“Mundus est stultorum”: hoc monitum scriptum in charta scurrae saeculi sexti decimi ibi relata. Vultus operitur a mundi delineatione, quae complectitur omnes terras, Antartide inclusa, in forma cordis. Refertur in eius auribus sententia Stoici philosophi Annei Cornuti: “Auriculas asini quis non habet?”; sub mento verba tracta ab Ecclesiaste: “Stultorum infinitus est numerus”. In latere summo, sinistra parte, legitur Grontius Fineus, nomen auctoris an potius stultus de quo agitur.

Est autem alia charta, opus Johannis Gourmont anni 1575, in qua scurra pariter loquitur, referens sententiam Delphicam (“*Nosce te ipsum*”) in Francogallica lingua. Similis orbis delineatio; varia sunt scripta translatata Francogallice vel Germanice, quae damnant, digito indicante, vanitatem et omnes voluptates.




Sumus Filii Florum!



Mundus ut trifolium fictus est a Germanico delineatore Heinrich Bünting in anno 1581. In medio imaginis urbs Iherusalem, maximi existimata in saeculis Christianitatis. Super petalum Europae sinitur insula Anglica, non perfecte definita; in angulo meridionali laterum sinistrorum parva pars Americae paulo ante repertae a primis exploratoribus.

A tribus ad quattuor petala!



Imago edita in anno 1555 in “Cosmographia” Guillermi Le Testu, totum mundum comprehendit, divisum in quattuor petala pro quoque continent. In medio flore appetet terra circularis, in qua legitur “Polée” (agitur de polo artico), dum in duobus

lateribus signatur alter polus (utriusque in eo tempore erant solum vagae cognitiones). Scutum cum liliis pictis quoque in vexillis Florentiae est signum originis auctoris, cuius ignoramus nomen.

Sub velario mundus novus et varius!




Peculiaris et lepida visu, haec imago, delineata a cartographo Johanni Stradano et incisa ab artifice Belgici Adriani Collaert in anno 1585 miscet elementa historica et mythologica. Nam Columbus et Vespucci representantur in medaliis in utroque latere; horum designatur origo ex Italia. Tollunt siparium – ad quod advolat aquila, symbolum regale - Janus duplice vultu

(ad praeteritum et futurum) et Flora, dea veris et florum. Ad mundum regendum vetustus Atlas cum remo et cochleis marinis; longius, in curribus, Mars et Poseidon cum equis et leonibus. In latere meridionali pictum est litus Liguriae, cum nominibus civitatum, a quo proficiscuntur exploratorum naves.



Imago monstrat Magellanum in navi, circumdatum a mythologis personis, inter quas Apollo cum sole et lyra, Iuppiter in throno nubium, Adamus et Eva in fuga e Paradiso, necnon avis, quae volat cum elephanto carpto (ad indicandum transitum repertum ad Indias orientales) et indigenus Americanus cum arcu tento. Ad completandum nymphae, monstra marina, instrumenta nautica et sphaeram armillarem.



Redit in hac carthia seculi sexti decimi, ex "Atlante" Martini Waldseemuller, figura Amerigi Vespucci, in gestu metiendi terram, quae ex eo trahit nomen. In mundi partiali delineatione, cuius forma est similis corona, figurantur America (an potius Labrador paeninsula et sparsae continentis insulae) et Asia orientalis, inclusa Nipponica insula. In summo nomen "Mare Glaciale" indicat Artidem, dum deest Antartis fortasse ob exiguum spatium. Denique nomina "Aparectias" et "Aquilo" cum typicis personis indicant gelidos ventos aliquarum regionum.



Seductio peccaminosa Africæ et Europæ

Opicinus Canistris:
geographia in arbitrio fidei

Notus miris et insolitis mundi figuraionibus, Opicinus Canistris fuit presbyter e Papia oriundus, qui vixit in saeculo decimo sexto. Inclinis in omnibus rebus ad peccatum cernendum, delineat, exempli causa, Mediterraneum ut turpem caprum in amplexu Italiae (ipse putabat se esse peccatorem quippe qui natus erat in signo Capricorni et vicarius nominatus ecclesiae Sanctae Mariae "Capellae"); in aliis chartis Hispania et litus Africæ osculum dant alia alii.



Mediterraneum ut caprum



Lucia Mattera

